



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Laudatio, & descriptio Mundi. Ex Theodoreto, & D. Cypriano. Capvt XX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

culenti non solent prætermitti : quod fusius postea declarabitur exemplis.

Tertium, stylus descriptionum duplex est, vnus historicus, pressus, acer, & concinnus, alter Epidicticus, paulò magis pictus, & effluens. Quid cuique loco, & argumento conueniat, prudètia satis iudicabit. Nunc aliquot exempla delibemus.

Laudatio, & descriptio mundi.

Ex Theodoro, & D. Cypriano.

CAPVT XX.

MVndi laudatio, siue descriptio præclarum est dicendi argumentum, in quo omnes omnium penè disertorum calami defudarunt. Hunc autem fermè modum tenent, vt per causas, partes, & adiuncta filum trahant orationis. Sic Theodoretus oratione quarta de materia, & mundo, post explosas variorum Philosophorum sententias, hanc primùm rerum molitionem à sapientissimo, & potentissimo artifice commendat his verbis.

Ὁ ἢ τῆ παντὸς ποιητὴς, οὐτ' ὀργάνων, οὐτ' ὕλης δέεται, ἀλλ' ὅσπερ ἐστὶ τοῖς ἄλλοις τεχνίταις, καὶ ὕλη, καὶ ὄργανα, καὶ μέτροι, καὶ χρόνοι, καὶ πόνοι, καὶ ἐπισημὴ, καὶ ἐπιμέλεια τοῦ τῶ τῶ δαῶ τῶν ὄλων ἢ βέλησις. Ἡδέλησε ἢ ὄγκ' ὅσα ἠδάυατο, ἀλλ' ὅσά τ' ἄπειρον ἐδοκίμασεν, ῥάδιον μὲν γὰρ ἦν αὐτῶ, καὶ μυρίας, καὶ δισμυρίας δημῶν ἔργων κόσμους.

Hæc vbi de opificis, potentia, & sapientia attigit, præcipuas vniuersi partes aggreditur. Ἐργον ὅτων τὰ μὲν ἐστὶν ἀσθητὰ τὰ ἢ νοητὰ, καὶ τὰ μὲν ἐπισημὴ, τὰ ἢ ὑπερβράνεια ἀναγκά, ὅς, καὶ ζῶα πεποικη.

Soler deinde ad singulas partes oratio delabi, quas nitido, vernantique colore profecquitur. Quo in genere multa sunt exempla, quæ nos pluribus suo loco. Nunc istud Cypriani prolusionis instar audiamus.

Habet istam mundi pulchritudinem, quam videat, atque miretur; Solis ortum aspiciat; rursus occasum mutuis vicibus dies, noctesque reuocantem, globum Lunæ temporum

cursus incrementis suis, decrementisque flagnantem; Astrorum micantium choros, & à summo de summa nobilitate fulgentes; Anni rotas per vices membra diuisa, & dies ipsos cum noctibus per horarum spatia digestos, & terræ molem libratam cum montibus, & profusa flumina cum suis fontibus, extensa maria cum suis fluctibus, atque littoribus: Interim constantem pariter lumina conspiratione, nexibusque concordia extensum aerem medium, tenuitate sua cuncta vegetantem, nunc imbres contractis nubibus perfundentem, nunc serenitatem resecta raritate reuocantem; Et in omnibus istis incolas proprios in aere auem, in aquis piscem, & in terra hominem. Hæc, inquam, & alia opera diuina, fiat Christianis hominibus spectacula.

Laus imperij, Regionis, vrbs.

CAPVT XXI.

Latissimus erit dicendi campus, si hæc capta mente complecteris, & per eadem filum laudationis extendas.

Erunt autem septem, Origo, in qua primum inquirendus fundator. An Deus, an Heros, an Homo, inquit Menandri Rhetor, & de eius laude dicendum paucis, si obscurus, & incertus, satis eum suæ vrbis gloria commendari ostendes, Si famæ haud ita bona: apologia erit vtendum.

Diuturnitas, siue antiquitas, cuius freques est commendatio. Sic Athenienses, cum Sole genitos, Arcades ante Lunam natos prædicant. Si vrbs antiqua, dicis legibus naturæ ita constitutum esse, vt quod antiquissimum est, idem quoque sit honore dignissimum. Si recens, eam instar puellæ pubescere, & ad optimas quasque spes in dies assurgere.

Fines, copiar, opera, viri, virtutes. Quæ quidem omnia in Romæ laudatione apud Aristidem, & cæteros facile apparent, & animaduertet, qui grauissimos quosque authores legerit, quorum testimonij vtitur eruditus Lipsius de magnitudine Romæ.

Eius Origo est ab AEnca & Troianis. Antiquitas excedit annorum duo millia, & trecentos.

Fines, ab oriente fuerunt Euphrates, à

meri-